

Vobilitati Regni
Poloniae.

Sigismundus Rex

97

Generose fidelis dilecte. Cum eas quas debebat perfidiae atque improbitati suae penas Velachus nobis nullatenus dederit, imo impunitate hac elatus hostilia actionibus nostris molietur, visum est ei primis necessarium, ut ad proximum diem Epiphaniae in Piotrowice magna committia ediceremus. Quae conventus particularis in Pösschewitze feria de more procedat. Quare mandamus f. tue ut ad particularem Conventum proficiscatur, atque ubi legationem nostram audierit, una cum aliis Consilium ineat, de iis rebus, quae ad Regni tranquillitatem utilitatemque pertinere videbuntur, Nuntiosque curet eligendos, viros graves prudentes, et qui non privatae rei suae sed publicae tranquillitati atque utilitati studeant pro fide sua et gratia nostra aliter n. factura.

